Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26658
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Dnio ihs in nocte q̃ tradebatur accepit panem et gratias agens fregit et dixit accipite et manducate hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur hoc facite in mea commemoracionem ad vi Quotiens enim cumque panem hunc manducabitis et calicem bibetis mortem domini annuntiabitis donec veniat ad vii Quicumque manducauerit panem vel biberit calicem domini indigne reus erit corporis et sanguinis domini Vbi cumque fuerit ibi In dedicacione ecclesie Nouam dedicetis de celo adeo parata sicut sponsam ornatam viro suo ad vi Audiui vocem magnam de throno dicentem ecce tabernaculum dei cum hominibus et habitabit cum eis et ipsi populus eius erit et ipse cum eis erit eorum deus ad vii Ecce ego tabernaculum dei vivum sicut dicit dominus quoniam inhabitabo in illis et inambulabo et ero illorum deus et ipsi erunt mihi populus In vigilia s. Johis bapt. ad vi Priusquam te formarem in utero nouit te et antequam exires de vulua sanctificauit te et prophetam in gentibus dedi te In die sancto ad solitas horas Vidit insule et timuerunt populi de longe dominus ab utero vocauit me de ventre matris meae recordatus est nominis mei et posuit me sicut sagittam electam ad vi Misit dominus manum suam et tetigit os meum et dixit dominus ad me ecce dedi verba mea in ore tuo ecce constituo te super gentes et regna ad vii Posuit os meum dominus sicut gladium acutum sub umbra manus suae protexit me et dixit mihi populus meus es tu in te gloriabor In octauis ad nocturnum Et dixit dominus formauit me ex utero suum si dedi te